

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pandectae Veteris Et Novi Testamenti Historicae

Draud, Georg

Francofurti ad Moenum, 1613

Dvodenarivs qvintvs

[urn:nbn:de:bsz:31-162406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-162406)



DVODENARIVS QVINTVS,

DE PIIS DVCIBVS.

DE PRIMO DVCE PIO
Iofua,



IOSVA filius Nunis, primus dux belli creatus post Moysen vir integerrime pietatis, adeo vt multi Reges licet mira fuerint sanctimonia, tamen huic minime propter intolerabiles molestias, quas pro populo Dei pertulit, comparandi veniant. Hic solus cum Calebo, terram promissam est ingressus ex tam numerosa multitudine Israelitarum, natus est anno mundi 2415. Quare ceu inclytus ductor ac victor laudandus est merito. Confestim post Moysis interitum in Hiericunte missis qui gentis statum locorumq; naturam diligenter explorarent, ipse haud procul à Iordano fluuio castra posuit. Per exploratores

terres
nam
deris
minim
super
buisse
Iofua,
qui pe
ueum
ripa D
itioni
vbi po
vixile
circum
multit
eo ex
ricur
met
pugn
tus m
fetti.
proc
torm
corra
eapt
savi
man
linq
trig

sors igitur certior factus, in quo statu res Cananæorum essent, suos ad terram expugnandam hortatus. In Iordano admota flumio fœderis est arca, qui amnis natura sua violentus, minimeque tranabilis, undis in muri speciem superiore parte stantibus sinum vadum præbuisse dicitur. Iam exercitu traducto, mandat Iosua, vt singulæ tribus lapidem vnum eorum qui pedibus medio vado obiacerent, extra alueum deferrent. Et dux haud procul fluuiali ripa Deo Opt. Max. aram constituit, quæ transitio- nis illius fuit ad posteros monumentum; vbi populus circa Iordanem constitit, omnem virilem sexum in deserto procreatum ad vnũ circumcidit. Paucis diebus eodem loco, dum multitudo conualesceret moratus est, inde ab eo exercitus populabundus ex Iordane ad Hiericuntem ducitur; Hic complures dies castrametatus, cum hostis muris se tueretur, neque pugnandi copia fieret, Numinis præsentia fretus, mandat fœderis arcam circa moenia circumferri. Mirabile hoc dictu, quicquid murorum procul fuit ab arca conspectum, non bellicis tormentis, non opera aliqua adhibita, sponte corruit, vrbsque muris vallata modica pugna capta est, vbi in omnem sexum & ætatem suos seuire non vetuit, & ciuitatem ab imis ad summum ita diruit, vt ne vestigium vllum in ea relinqueretur. Nec ita multis interiectis diebus triginta armatorum millia Adan urbem recti-

piendam misit, quam nominant alii Haii. At
 conflictu illo turpi fuga cædeque insigni, co-
 piis suis partim victis partim fuga dilapsis,
 multos è suis eo prælio amisit. Fregit ea clades
 supra modum ducis animum felicibus rebus
 affuetum, saccum induit, sedensq; humi tristitia
 & mærore affectus flebiliter conquestus, se
 in medio victoriæ cursu à Numine destitutum,
 Et licet aliorum castigaret querelas interdum,
 vt fortem decebat ducem, nihilominus tamen
 plurimum sibi metuebat. Cælesti numinis vo-
 ce tandem monitus, cognouit sacrilegium à
 quodam Achamo in castris perpetratum, quæ
 sceleris conuictum extra castra dira execratio-
 ne perductum, à populo lapidatum cum liberis &
 tota familia iussit. Tum religione liber, Adan
 ire pergit, misitque intempesta nocte quinque
 millia lectorum hominum, qui inter Adan &
 Bethanam confidentes insidiis urbem, si pos-
 sent, aggredierentur, vtq; propositum ex animi
 sententia succederet, Iosua vt illuxit, cum cæ-
 teris copiis ex edito loco in hostium conspe-
 ctum venit, Adanitæ recenti victoria feroces
 in composito agmine, ex oppido recurrunt.
 Cessit hostibus inconsulto ruentibus Iosua, si-
 mulato metu & fugâ, sed vt procul ab vrbe Can-
 anæos abduceret, nunc aperte Iosua moliri fu-
 gâ, nunc ferocius resistere; Interim qui insidiis
 consistebant, portas oppidi patefacti irrumpunt
 Auditur ex vrbe clamor, q̄ oppidanos à præ-
 senti

fenti certamine plurimum auertit. Illis ergo sponte cedentibus ad urbem, properantib. instat dux acerrime, fugietiumq; terga cedit. Sic amissa vrbe, multis in medio caesis, reliqui per agros cum metu & trepidatione aufugerunt. Cædes in vrbe ingens est edita, vt promiscue omnis sexus & ætatis ad duodecim millia caesa dicantur. Regem captum dux in crucem extulit, inde corpus ante urbem abiectum, ingenti lapidum tumulo textit. Harum illustrium duarum urbium excidium, caedesq; regum, circum finitimæ genti metum & terrorem ingentem iniecerunt. Vnde Gabaonitæ quo propiores erant periculo, eo maiore metu adacti tumultuose in medium consultant, qua potissimum ratione se imminenti subtrahât periculo. Nulla enim in armis spes erat, in preces itaque versi mittunt qui suppliciter ab ipso Duce pacem postularent, ars quoque consilio adhibita est, qui ad Hebræorum castra missi sunt, mucida panis frusta, & vinum vtribus vapidum secum deferunt, calceamenta adhæc obrita pedibus induunt, cæteraque longioris viæ argumenta diligenter assimilant, vbi vero ad conspectum Ducis est ventum, pacem verbis & signis quibuscunque potuerunt rebus, ambierunt, Iosua motus miserabili sorte, & vehementi oratione, inhumanum ratus, populum à quo nulla sibi iniuria orta, bello opprimere, nescius etiam quales essent Gabaonitæ, vnde iureiurando se

non

non eos interfecturos promisit. Verum illis agnitis grauer iratus est, vtque iniuriam vlcisceretur, in seruitium perpetuum Israelitis ad ligna cadenda & aquam portandam damnauit. Interea Adonysedechus Hierosolymorum Rex, in cuius fide Gabaonitæ fuerant, eam præ cæteris defectionem minime ferendam ratus, cum his copiis, quas in præsentem vsu belli instruerat, Gabaonem tumultuose circumfedit. Aderant insuper illi ex Hebrone Ohas, Pharas, ex Hieromoch, Tabirum Eglonis, & Iaphicis Iachus Reges. Erant cum his ad triginta armatorum millia curruum. Gabaonitæ confestim ad Israelitas socios mittunt, qui doceant in quanto discrimine, ni properent suppetias ferre, constituti sint. Iosua æquum iudicans laborantibus sociis succurrendum. Cæterum ingenti numero hostium territus, ambigere primo, qua fiducia, quibus viribus, quo consilio ad hostem longe potentissimum accederet. Hæc secum volutans, oraculo monitus est, vt in hostem illico moueret bellum, nec de pugnae euentu ambigere. Vocibus illis accensus nihil amplius moratus, in hostem profectus est, qui vis deinceps castris ad Gabaonem confedit. His animis subito ad pugnam accensus ingenti clamore est concursus; vbi sub primum congressum terror ingens hostibus iniectus est, qui eos à præsentis prælio auertit. Iosua igitur victor, fugientem hostem cum

cede

cade & strage maxima insecutus est. Sacra Bi-
 blia testantur stetisse aliquandiu eo die solem
 in cælo, quoad Iosua cum suis victoria potire-
 tur. Sed dum dux hostium terga premeret, vr-
 geretque fortunam semel nactam, trepide illi
 nunciatum est, quinque Reges, qui acie deces-
 serant, haud procul à Maceda vrbe in altio-
 rem specum sese occultasse. Misit qui speluncæ o-
 stium lapidibus obruerent, locumque præsi-
 dio in suam aduentum obtinerent. Nec ita
 multo post cæde fatigatus ad regum latebras
 diuertit. Quibus reuulsis, superbissimas eo-
 rum cervices subiecit Israelitarum pedibus
 calcandas, & stipitibus affixos morte ignomi-
 niosa mactari præcepit. corpora in eum locum
 quo fuerant fuga delati abiecit, lapidibusque
 obrui iussit. Nec post clarissimam illam victo-
 riâ, Gabaonitis simul iniungens, propter frau-
 dem admissam, tam ad sacrorum vsus, quam
 ad militum desideria, ligna & pabula in castra
 portarent, in ocio fuit, sed ad hostium loca re-
 cipienda conuersus, Macedam vi cœpit, inde
 Lebnam, rege vtrobique cum populo casis,
 inde Iachim obsidione cinxit, quo Hitas Ga-
 zeritarum Rex cum valido exercitu occurrit,
 hunc quoque prælio victum Iosua interfecit,
 urbemque vi captam funditus euertit, inde E-
 glonem deleuit, cui Ebronis excidium est con-
 tinuatum. Pari clade Dabiren urbem cum suo
 rege affecit. In montana deinceps loca profe-
 ctus

Etus Aferothum expugnat, in regem captum non aliter, quam in ceteros, qui in potestatem redacti fuerant, animaduertit. Mox prospero victoriae cursu, à Cade, ad Gazam vsq; omnem regionem caedibus & populatione, impleuit. Ita omnis fere Cananaea terra domita, victor ad Galgalam reuersus est, nec multo tempore post Iabinum Azoritarum regem cum Iobabo Madianita & aliis quibusdam Cananaea tractum tenentibus oraculo iussus ad Meronis aquas deuicit. In sacris libris vnus & triginta reges nominatim referuntur, quos bello superauit, iam inde, ex quo Iordanem sine vada traiecit. sed non censendum, adeo praepotentes reges illos fuisse, quales sunt hodierno seculo; quippe nostri latius inter mortales, & conditis vrbibus, & validioribus munitionibus imperant. Nam tota Cananaea vix legitimi vnus regni capax, si ceterorum regnorum, quae hodie sunt immensos fines consideremus. Quamobrem credibilius est eos fuisse regulos, quorum singuli singulas habuerunt vrbes & prouincias. Anno deinde quinto, cum castra ad Gilonem promouissent, multis verbis Israelitas ad pietatem, & patriam religionem adhortatus est, Foedus cum Deo pepigit, nihil vt vnquam ex religionis praescripto vel fraude, aut aliis illicitis vitiis mutarent. Hoc recens foedus literarum monumentis in marmoreis tabulis incisum sacrario inferri curauit. Populo etiam, vt longi-

gissi-

giffimæ militiæ prosperrime geseꝑe digna ferret præmia, terram in varias diltribuit partes ad possidendam, inde senio variisque per ætatem molestiis confectus, in ea terra, quæ iure belli quæ sita erat, quum annos decem supra centum natus esset, vita decessit. Anno sui ducatus sexto & vigesimo, Hebraicæ libertatis assertæ sexagesimo septimo à mundi exordio ter millesimus fuit annus, septingentesimus, septimus & quinquagesimus, in Thammathfare, quæ est sita in monte Ephraim, à septentrionali parte montis, Gaas, sepultus est. Vir ingenti fide præsentissimo animo, tolerantia singulari spectatissimus. vix similem Ducem habuit Iudæorum imperium, qui tanta cura & diligentia populum morosissimum, & duræ cervicis, vt hic Iosua, administravit.

DE IOSVA,

EPIGRAMMA,

Nunnides primus ductor, pietate, secundum

Non habuit, constans fortia boliatulit.

Vrbem palmarum subuertit, flumine sicco

Traduxit populum, vicit & hostis Adan.

Acchamum iussit furto lapidare patrato,

Cum natis seruis omnibus atq; bonis.

Quinq; cruci reges affixit. multa q; cepit

Oppida, confregit mœnia firma simul

Vnum

DE

*Vnum triginta reges vicisse recensent.
 Vnanimi scriptio biblica sacra Dei
 Partitus terram multo certamine victam,
 Omnibus ex aequo premia digna dedit.
 Annos ad centum vixit fortissimus Heros
 Atq; decem, crebro multa pericla ferens.*

DE OTHONIELE, II. DV.
 ce pio.

A Morte fidelissimi ducis Iosuae, ea perunt
 Israelitae Baali, Astarotho, & aliis idolis sa-
 crificare, relicto vero numine. Vnde durissimo
 supplicio sunt affecti, nimirum sub acerbissimo
 iugo Regis Chusanthasat Haimi Mesopota-
 miae coegit eos Numen vinere. Caeterum multis
 fatigantibus illis Numen precibus dedit for-
 tem & plium Ducem, Othonielem, filium Ce-
 net fratris Calebi, cum quo spiritus Domini
 fuit. Hic Israelitas forti praelio ex manu prae-
 dicti Regis liberauit, ac e durissimo seruitio eri-
 puit. Est nempe hic Othoniel is, qui post expu-
 gnatas vrbes Gigantum, cum sola Debira re-
 staret, ac Caleb praeium proponeret illi,
 qui eam vrberem expugnasset. Est inquam is qui
 (vt erat animi excelsi adolescens, nihilq; inex-
 pugnabile viro forti existimaret) sua virute
 Debiram subegit, & belli mercedem Achsam
 Galebi filiam, vxorem accepit. Mortuus est an-
 no gubernationis suae octauo.

DE

DE OTHONIELE,
EPIGRAMMA.

*Iudex & ductor fidus iuga dura nefandi
Excitans regis, tempora tuta dedit.*

DE AIOTHO, III. DVCE
pio.

Aiothus Dux & Iudex Israelitarum, præstanti fortitudine & pietate conspicuus, populum à duro seruitio Regis Eglonis tyranni immanissimi liberauit. Erat iuuenis impiger, Eglonis aulae assuetus, & inter Moabitas plurimum versari solitus, filius fuit Geſa, filii Iemini, & ambidexter, sinistra æque ac dextra vsus est in militaribus armis. Hic longa consuetudine Regi notior factus, quoties libitum erat vt amicorum fidelissimo regium solarium & cubiculum liberum fuit ingredi, eratq; magnæ autoritatis apud regem. Solus itaque solum in cubiculo nactus, continuo occasionem liberandi populum arripuit. Nam Regem in solario æstiuo sedentem proxime accedens, ceu secretum dicturus, laua manu sicam tenens, in ventrem adegit tanto conamine, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac è vulnere pinguiſſimo regi inſiſtente adeps efflueret. Composito inde vultu fores egressus post se cubiculum occludit, veluti quieti deditum re-

T gem

gem reliquisset. Ad suos inde populares egressus Eglonem edocet à se clam interfectum: iam tempus adesse quo Israelitæ se, si vici sint, facile in libertatem restituant. Hi veteres fortunæ in memores, confestim arma induunt. Inde facto in regiam impetu, regiõs satellites incautos obruncant. Ad decem egit millia Moabitarum caesa, reliqui medio tumultu dilapsi turpem dederunt fugam. Atque ita vnius opera, libertas est Iudæis restituta. A morte & eius imperio terra quieuit octoginta annos.

DE AIOTHO;

EPIGRAMMA.

Aiothus iuuenis Regis versatus in aula.

Eglonis gessit fortis facta pie.

Occidit regem prauum, ne gentis honores

Iudæa caderent per iuga dira sua.

DE SAMGARE, IV. DVCE
pio.

Samgar filius Ana hi, vt pie ate, ita & fortitudine eximius iudex & dux inter Hebræos fuit. Successit Aiotho, imperiumque fortissime administravit: Percussit is, solus cum esset, vnicò conflictu Philistæos sexcentos: cū enim populo Dei à Philistinis oppresso, forte in agro
armen,

armamenta ducaret, ac tum cohortes Philinorum prædæ causa excursions facerët, & agros spoliarent, ipse solus pede pastorali, armis videlicet pro tempore oblati, sexcentos ex illis proftrauit, prædaque potitus, terrore hostibus incusso, genti suæ hoc modo quietem peperit, quò mortuo successorem post se reliquit Barachum.

DE SAMGARE,

EPIGRAMMA,

*Sangar præclara Ductor pietate refulsit,
Iudaos tuitus, per fera bella subis.*

DE BARACHO, V. DVCE

pio.

BArachus fortissimus Dux, Iudex Hebræorum, filius Abinoam de Kædes Naphtali, potitus enim est victoria aduersus Iabin Regem Hazor anno mundi 2613. Hic Israelitas, à Iabin Rege Assori grauitè afflicto, valida liberavit manu, idque consilio & auspiciis vatis Delboræ. Hæc comitata illum ad montem Thabor, sifarum, cum numerofo exercitu, nongentos falcatos currus habentem deuicit ac in ignominiosam vertit fugam. Nam de cælo cõtra Sifarũ dimicatũ fuit & sydera ipsa radios suos desuper in eũ iecerunt, donec exercitus visu priuatus & dissipatus deleretur. Sifarus vero pedes fugiẽs, sudore sitiq; enectus, ad Heberẽ

T 2 ho-

hospitem antiquum diuertit, cuius vxor, Iahelis nomine, pluris faciens Deum, quam regem & salutem populi præferens necessitudini hospitii, dormienti Sifaræ viro scœmina clauum per frontem & cerebrum malleo transadigit, & caput impium diminuit, terræque affigit, hostemque ita peremptum Baracho venienti ostendit. Hoc Iahelis facinus Barachus cum vniuerso exercitu vehementer probauit. Ipse vero prælio feliciter defunctus, spei & animi plenus, vltèrius castra mouet, fuitque pugna huius euentus non infelicioꝝ quam prior, ceciditque Rex in medio ardore pugnae, cuius morte clarior victoria est facta. Præfuit Barachus imperio annis quadraginta.

DE BARACHO,

EPIGRAMMA,

*Ductorem reprobum non gentis curribus ille
Ductor conuicit Numinis auxilio.
Vera dum vixit populus pietate remansit,
Ast ubi defunctus multa secuta mala.*

DE GEDEONE DVCE
VI. pio.

GEdeon Ephraita Ioasi filius, iuuenis primum eo tempore multum inter suos celebris,

lebris, ex diuina quadam visione populi Dux
 constitutus est aduersus Midianitas, anno mū-
 di 2653. Nam Israelitæ idolis seruientes à Mi-
 dianitis durissime tractati sunt: tum ad preces
 & vota conuersi, auxilium è cœlo implorant;
 hinc diuinitus Gedeon illis Dux & Iudex at-
 tributus est. Nam excutiens forte in torculari
 frumenta, Angeli Dei munitu cœpit aras Baa-
 lo consecratas confringere, ac vni vero & soli
 Deo consecrare, inde publicæ assertor liberta-
 tis exiit, fuit is ab initio cunctantior ad cre-
 dendū qui viderat Angeli miraculis fieri, cum-
 que in firmæ adhuc ætati parum fideret, tum
 quod nihil à tribulibus abesser; Attamen pelle-
 rore diuinitus conserpā priori nocte & poste-
 riori carente, impulsu etiam suorum populari-
 um professus est, se ducem repetendæ ab hoste
 libertatis futurum. Nec longa fuit in re mora,
 decem millia armatorum illi præsto affuere,
 quibus copiis fretus voluit prælium cum hoste
 aggredi, & iam iuxta En Harod, castrisque in
 ripa communis, monitus est oraculo, ne po-
 pulus sua se seruatum manu, ostētare, sed po-
 tius Dei, iussit eos ad aquam deduci atque
 obseruari, qui aquam lamberent more can-
 num, eos reuerti iussit ad penates, contra qui
 curuatis genibus biberent, secum ad bellum
 educeret. Trecenis igitur tum inuentis, qui a-
 quam proni bibissent, profectus est hosti ob-
 uiam, Cumque iam ambæ conspicerentur a-

cies reputans secum quod tenues adessent vires ad rem tantam aggrediendam. Placuit igitur vno duntaxat Comite ad hostium castra proxime speculatum accedere. Hic quum omnia contra hostem neglecta inuenisset, custodiisq; destituta, plurimaq; vino & epulis sepulti iaceret, paucis adhuc sera conuiuia trahentibus, ad vocem ex proximo tabernaculo redditam aurem adiecit. Hic ex quiescentibus vnus commilitoni forte narrabat, vidisse se in somnis hordeaceum panem, per vniuersa castra cum tabernaculorum strage prouolutum, impactumq; iis locis, quibus reges tenderent, omnia subita ruina disiecisse. Tum qui audiuerat, videri sibi, inquit, per eam figuram exercitui maximum dispendium imminere. Eiusmodi intempestiua non minus quam vera interpretatione Gedeon confirmatus ad suos celeriter redit. Ibi ea quae per se explorasset, primo exponit, deinde paucis copias hortatus arma iubet capere, atque vt multiplex hostibus terror incuteretur, tale effinxit stragem. Non vno loco neque armis solum sed facibus, clamore horrendo impetum in hostium castra fieri iubet. Igitur dextra faces quatientes, sinistra cornua, & lituos protubis inflantes, castra vno tempore vndique inuadunt, hostem somno grauatum, clamore excitant. Inde cum omnia collucerent flammis, terribiles fictilium sonitus horrendique tubarum clangores acres circumsonarent, velut

in

in furorem hostes versi arreptis temere armis,
 in semetiplos irruunt, pauci omnino Iuda orū
 gladio trucidati sunt, plurimi præterea hostiū
 quia ex colluue multarum gentium constabat
 exercitus neque lingua neque signis inter
 se notis, mutuis ceciderunt vulneribus. Tū
 disiectis proditisque rebus hostium, victor Ge-
 deon exultansque iubet suo seruo dispartatum
 militem excipere quo contigit, ut ex numero-
 sissimo exercitu pauci superfuissent. Bibliaci li-
 bri & Iosephus tradunt, ad centum viginti ho-
 minum millia vna nocte occubuisse, Zebinū
 & Zarnum reges captos, prædam ad hæc ingē-
 tem auri & argenti, præiosaque velis partam
 fuisse. At Gedeoni ingens inuidia conflata à
 suis tribulibus, quod re non secum prius com-
 municata, tam arduum aggressus esset facinus
 graui se ignominia affectos credere, quod in-
 digni ab eo iudicari essent, quibus cum publi-
 cam libertatem asseruisset. Et res haud procul
 à seditione aberat, verum edocti, diuino id, nō
 humano consilio factum, quieuerunt. Iussus est
 post præesse Israelitis in pristinum rerum sta-
 tum restituti. At ille omnino tenuit, inquiens:
 Non imperitabo super vos, neque filius meus
 imperitabit vobis, Dominus imperitabit vo-
 bis. Imperiū circiter 40. administravit annos,
 felicissime. Vnico casu lapsū reperio, nā dono
 acceptis in auribus auricis, & variis monilibus,
 T 4 fecit

fecit ex iis idolum & in ciuitatem Ephram posuit, quę prophanatio diuini cultus, ipsi liberisque eius cęssit in perniciem & ruinam. Dicitur est & Hierobaal, ab eo quod dixerat, Baalis ara destructa: *Si Baal verus Deus, ulciscatur iniuriam, qua fuisset affectus.* Septuaginta ex promissis coniugibus suscepit filios & spurium Abimelechum, qui septuaginta fratribus crudeliter occisis vno Iotham excepto qui celeri fuga seruatus est, parenti in imperio successit.

DE GEDEONE,

EPIGRAMMA,

*Gedeon eximia iuuenis pietate tyrannos
Perdomuit reprobos auxiliante Deo.
Subuertit Baali signum lucosq; sacros
Altare & Dino contulit ipse suo.
Exigua fidei primo, sed Numine fultus,
Effecit Domino grandia facta, duce.
Trecentis tantum percussit millia centum
Et plures vna nocte, duosq; duces.*

DE IAIRO VII. PIO

Duce,

IAirus Manassęus ex vrbe Gilead, homo inter suos iustitia insignis, omnium suffragio iudicia & ducalem functionem nactus est. Fu-
erunt

erunt huic virilis stirpis liberi triginta, quos ciuitatum totidem principes constituit, quæ lairis præfecturæ longo tempore dictæ sunt; quæ res multo venerabiliorem reddidit suis. Huius administratio, præterquam sub finem pacatissima fuit, viginti duos annos potitus imperio. Sub id temporis, quo vita decessit, Israelitarum plærique longo ocio affluentiaque rerum omnium à veri Dei cultu abalienati sunt, & Syrios Sydoniosque coluerunt Deos, quo irritatus Deus petentibus ipsis postea negauit auxilium, & à Diis gentilium quos colerent, opem petere iussit. Inter has ipsas calamitates Iair mortuus est.

DE IAIRO,

EPIGRAMMA.

*Et pius & multa donatus prole fuit Dux,
Ille suis carus secula tuta dabas.*

DE IEPH THE, DVCE
VIII. pio.

Iephte Galaadites vir impiger, & fortissimus bellator, in clytaque iustitia præditus, filius fuit meretricis, illegitimo concubitu natus: sed maculam illam ita absterfit, vt nullo in contemptu viueret. Vixit anno mundi 2759.

T 5 Te

Tenuerat seruitus Israelitas duos deniginti annos, id propter idololatriam quam commiserant. Cum igitur ortum esset bellum genti Iudaicæ trans Iordanem ab Hammonitarum rege, Philistæis in belli societate assumptis, electus Iephthe, ut contra Hammonitas pugnaret. Is enim eiectus à fratribus, eo quod esset illegitimithori, consuetudine latrociniorum & robur militare & nomen illustre sibi comparauit. Sollicitatus ergo precibus Iudæorum, ducem se & auctorem libertatis vindicandæ præbuit. Comparatis iam ad bellum copiis, placuit prius, quàm arma moliretur, legatos ad Hammonitas & Philistæos mitti, qui res sub belli denunciatione repeterent, prætexentes, quod nulla la cessiti iniuria, Iudæis quæ trans Iordanem viuunt, bellum intulissent, subitoque vi belli oppressos iam plures annos indigna pressissent seruitute. At vero ab hoste non modo non pacati quicquàm est responsum, sed etiam amarissima ignominia dimissi legati. Hæc cum domum retulissent, nec spes vlla liberandæ gentis, nisi armis putarent, ipse in hostes bellum mouet, quos facta dimicandi copia ferociter conflixit. multi hostium in pugna occubuerunt, sed aliquanto plures in fuga, quos Iudæus victor ad Hammonitarum urbem usque, cum eade profecutus est. Hammonitarum inde fines ingressus Iephthe, aliquot eius gentis vrbes vi captas diripuit. Ita rebus pulchre gestis, pacatoque totius gentis statu, cum domum se receperet

peret, in luctuosam incidit calamitatem Vouerat is ad bellum profecturus, Si res prospere successissent, se quicquid domum reuerso primum occurrisset, Deo imolaturum. Cæterum ita accidit, vt filia quam vnice diligebat, in patris complexum, & oscula omnium prima sese gratulabunda effunderet. Ne igitur Numen falleret, filiaẽ miserabilem sortem lamentatus, ad aram pro hostia immolauit. Haud multo post Ephraimitę tribules eius, quod ad bellum non fuissent vocati, proindeque præda opulentiori ipsos defraudarit, bellum ei indixerunt. At ille amicis verbis ipsorum furorem atque insolentiam compescere volens, cum nec precibus neque obtestationibus, inuidiam emollire posset, sentiretque nefarium certamen instare, ad pugnam processit. Hic congressæ duæ acies atrocissimum commiserę prælium. Iosephus & sacra Biblia testantur, ex Ephraimitis ad duo & quadraginta millia hominum vnico hoc conflictu periisse. Sex annos iudiciariam & ducalem exercuit potestatem, Sepultus est in ciuitate sua Galaade.

DE IEPHTHE,

EPIGRAMMA,

*Concubitu scorti prognatus, grandia bella
Confecit, vera religionis amans.*

Obrutus

*Obtulit alteri vitam, promiserat illud
Ex voto fuerent si modo bella bene.
Defunctus patriæ dulci sua tradidit ossa,
Sex annos fruens iudicis officio.*

DE ABDONE, IX. DVCE
pio.

ABdon Ephraimita, iustitia & natorum sobole illustris. Quadraginta virilis stirpis huic erant filii, & triginta nepotes, qui septuaginta vno numero equitarunt in pullis asinorum splendidissime, Ducalem & iudiciariam administrationem exercuit annos octo. Mortuus à suis sepultus est in Pharaton terra Ephraim in monte Amalecti, anno mundi 2782. inter viuos versatus.

DE ABDONE,
EPIGRAMMA,

*Hic pietatis amans ductor, iudexq; tenebat
Octo annos regnum, pace vigente suum.*

DE ABESSANO, DVCE
X. pio.

Jephthe defuncto, Abessanus, quem & Absanin vocant, ex tribu Iuda Bethlehemites, successit in iudiciaria & ducale functione: Vir cele-

celebratæ pietatis & iustitiz, atq; plurima au-
ctus sobole. Nam sexaginta promiscui sexus li-
beros habuit, nimirum triginta filios & totidẽ
filias, quas magnis locavit maritis & filiis simi-
liter dedit vxores. Septem annos dux regna-
uit inter Hebræos sepultus est Bethlehemiz
in patria sua.

DE ABESSANO,

EPIGRAMMA,

*Triginta natos genuit totidem quoq; natus,
Hic dux & iudex Numina sancta colens.*

DE SIMSONE, XI. DVCE

pio.

Simson filius Manoæ, dux & iudex Hebræo-
rum fortissimus & pietate non vulgari præ-
ditus. Vixit anno mundi 2790. de huius con-
ceptu prodita in sacris reperiuntur literis. Erant
eius parentes ambo instructi, fore vt virum
fortissimum procrearet, veniti sunt eodem o-
raculo puero capillos recidere, & viliam ab
omni cultodirent offensa, nec potum præter-
quam aquam darent, tum ipsum Nazarenum
euasurum, & postea afflictis Israelitarum rebus
laturum auxilium. Natus igitur; ac Simson à

ma-

matre dictus, cum adoleuisset, Thamnam Philistæorum urbem ad solenne sacrum perfectus virginem eleganti forma intuens, confestim ad eius nuptias animum adiecit, quas cum ægre à parentibus impetraret, quod puella non esset Israelitici sanguinis. Accidit autem, cum dilectæ virginis sæpe lares inuiseret, in itinere in ferocissimi leonis occursum incideret, illum non modo non declinauit sed beluam immanissimam adortus arctissimo brachiorum stragulauit nexu. Cuius victoriæ compos factus peremptum ex publica via in subiectam pertraxit syluam. Aliquot inde diebus reuersus ve proiectam inuiseret feram, frequēs apum examen in leonis faucibus fauos cudere vidit, exalarat ille interim parentes de iis quæ inter eum tum acciderant. Cæterū quod de apibus, & earum mellificatione contigit, absurdæ quæstionis materiam illi impostorum præbuit, eius postremo impetratis puellæ nuptiis, eius fortitudo apud multos facta est celebris. Affectationis autem prætextu triginta lectissimos iuuenes ad se adsciuerat à Philistæis, qui nunquā ab eius latere discederent. His inter epularum iocularia, ambiguum quæstionem proposuit, nimirū quinam fieri posset, vt res voracissima, violenta, præterea & immitis suauissimum ore pareret cibum, ad ea haud dubie alludens, quæ in leone à se perempto contigerant, singulis se syndonas, & quædam non spernenda

mu-

munera daturum pollicetur, si septem dierum spacio quaestiois aenigma explicassent, si minus, ipsos eadem hac pactione obstrictos esse debere. Placuit haec conditio Philistaeis iuuenibus, quippe qui ingenio iuuenili quam maxime confidebant. Cum vero plura animo meditati nullus eorum nodum solueret, forte quidam veteres puella proci, cum ea occulte agunt, ut mediis complexibus noctu, quid rei id esset, ex marito eliceret: Id illa cum post multas preces, & puellares illecebras viro expressisset, rem ad procos defert. Septimo ergo die celebri conuiuio quaestio soluta est. Ad eam vocem Simson turbatus, exclamauit: *Nisi me arassetis vitula, non inuenissetis aenigma meum.* Quare praestita pactionis fide, exsoluitque donariis ac vestibus, irarum plenus in patriam ad suos abiit. Nec puella multo post procorum vni elocata fuit. Paucis inde diebus post nouas nuptias Samson inde reuersus, cum a prioris sponsae coniugio prohiberetur, vehementer indoluit. Et quanquam parens sponsae alteram ei filiam se daturum polliceretur, tamen irarum plenus Thamma excessit, socio & Thammais propter negata coniugem infensus, atque sic occasione sortitus est Philistaeorum terram deuastandi. Nam ut vlcisceretur Thameorum iniuriam, trecentas vulpes facibus ad caudam ligatis captas in maturas Thammaeorum segetes immisit, quarum vagantium fuga Philistaeorum aeger vno tempore totus deflagrauit, Philistaei versa in

au-

authores cladis ira puellam quæ Samsoni ma-
 trimonio fuerat locata, cum parentibus com-
 buffere. Inde quia multi ab eo in agris obiter
 oppressi dicebantur, infesto exercitu Iudæo-
 rum ingressi Philistæi extrema illis minitaban-
 tur. Concesserat interea ad locum Samson
 quem Etham appellabant, erat ibi prærupti sa-
 xi specus quem ille incolebat. Iudæi inopinato
 bello territi legatos in castra mittunt, postula-
 tum quid rei esset quod nulla à se iniuria affe-
 cti Philistæi, hostiliter fines popularentur, sci-
 re se, tributum ad id tempus sine fraude ipsi
 genti redditum, paratosque se esse eorum im-
 perata facere: Proinde orare, quos ad obse-
 quendum promptos haberent, ne pergerent
 offendere. Responsum his est, non esse cur Iu-
 dæi sperarent pacem ullam, nisi Samson qui
 totam gentem sceleratissima clade affecisset, ad
 supplicium traheretur, quod cum præstetur,
 pacate se eorum finibus excessuros. Periculo
 rei moti Israelitæ, tria armatorum millia ad
 Samsonem capiendum misere. Qui ad id missi
 fuerant, ubi ad specum venire, nil Samson re-
 cussisse ferunt, quo minus se vincitum dederet
 modo Israelitæ qui aderant ab iniuria vitæ
 parceret & abstinerent, fideque in id ipsum ac-
 cepta, reuinctis post terga manibus in hostium
 castra productus est. Vbi vero in conspectu
 stetit, abruptis repente vinculis, & ad vim con-
 uersus. Asini maxilla temere arrepta, quæ forte

in proximo iacebat, ad mille hostium, cæteris
 crepidatione ac fuga disiectis interfecit. Iple
 turbatos hospes insecutus ingenti oborta siti,
 cum eam diu tolerasset, in preces versus opem
 diuinam expectauit; Nomen dedit ex maxilla
 qua in pugna fuerat vsus, potui suauissimam
 manantem aquam, in cuius rei argumentum
 ferunt ipsi loco à re, quæ mirabiliter ibi facta
 est, nomen postea inditum Amathlecha, quod
 inter precari possis eleuationem maxillæ. Post
 hæc ignoto habitu Gazam urbem Philistæo-
 rum profectus meretricium amorem secutus
 est, Credibile etiam est, vt hostium consilia
 exploraret, Gazæ re animaduersa portis sub
 noctem clausis præsidia circa illas sine tumultu
 disponunt, ne infensissimus hostis nocte
 fretus elaboretur. Occasionem igitur expe-
 ctarunt, vt quieti & somno datum obtrun-
 carent.

Samson non ignarus eorum quæ parabant,
 priusquam maior vllus motus in vrbe orire-
 tur, silentio media nocte ad portas tendit, eas-
 que cardinibus auulsas atq; humero imposi-
 tas, in iugum montis derulit, qui Hebroni im-
 minet, atque in clarissimi Trophæi modum
 sublimi loco stauit. His ille gestis ferocia ani-
 mi viribusque confusus, neque patris legibus
 neque institutis teneri potuit amplius, quin
 peregrinos ritus & mores amplexus, breui ex-
 itum vitæ fortiretur. Ex iis vero quæ postmo-
 dum

dum inuenire, intelligi potest, nefario amo-
 re cum ab initio Gazan allectum, & in dis-
 crimem illud iam pridem memoratum inci-
 disse. Secutus est deinceps meretricis Dalilæ
 consuetudinem in valle Sorethi, quam cum
 frequens adiret, non sine vitæ periculo, Philis-
 tæorum Principes, vbi exploratam habue-
 runt hominis cum Dalila consuetudinem, quia
 aperta vi aggredi non audebant cum Dalila
 occulte agunt multis pollicitationibus eam
 onerantes, vt quoquo posset modo eum
 Philistæis traderet captiuum. Meretrix spe
 munerum impulsæ, cupidaque suis gratificari
 ciuibus, inter complexus, Samsonis brachia,
 pectus, ceruicem præter solitum mirata, scisci-
 tataque num membra insuperabilia teneret.
 Tum ille fractus mulieris illecebris dixit, si
 septenis nexibus fuero reuinctus, siam sane su-
 perabilis. Credidit puella, remque ad Prin-
 cipēs secreto detulit. Iussa itaque est per lusum
 id experiri, paucis secretiore parte domus oc-
 clusis qui dolo succedente nexibus colligatum
 inuaderent, vinctumque in publicum trahe-
 rent, virginæ ergo (vt Iosephus scribit) no-
 dis sommo pressum Dalila adorta est, sacra Bi-
 blia nervos septenos fuisse testantur, sed qui-
 buscunque ille nexibus ligatus est, Dalilæ
 clamoribus experrectus abruptis repente
 vinculis sese in pedes statuit. Tum puella
 ludenti similis, experiri volui, inquit, an ro-
 ganti

ganti mihi vera dixisses, sed maiore nunc vi-
deo opus est vi, si quis vires istas domitas velit.

Denuo igitur multis verborum phaleris
solicitaui, donec dolo non multum dissimili
priori luderet amicam. Recentibus, inquit,
funibus opus fuit, vt vinculus iacerem. Hoc i-
psum quoque insidiatrix frustra experta est.
At tum muliebriter conquesta est, se ab eo i-
terum illusam.

Tertio ludificatus est eam Samson, si in-
quit, septem capitis mei cincinnos iugo tex-
torio intexueris clauoque terræ infixo reli-
gaueris, non ero robustior cæteris viris. Ast
hic Dalila iterum ac tertio irrita, velut à quo
toties ludibrio habita ab illo non fideliter a-
maretur, speciem ægritudinis componi, mæ-
sto itaque & minus familiari vultu se illi de
industria offerebat. Tum Samson impatiens a-
moris, meretricis intemperiem diutius sustinere
nequit, donec se materno vtero consecratum,
inoffensasque vires in capillis esse, fuisseque
ob eam rem parentes oraculo monitos ne no-
uaculam, aut aliud quo capilli tonderentur,
paterentur suo capiti admoueri; augeri cum
ipsis crinibus vires ipsas, quæ nisi capillis de-
toris adimi non possent. Fecit ea narratio fi-
dem puellæ, occasionemque adepta, quæ-
scentis caput nouacula abrasit. Ita ille
Philistæis proditus, luminibus priuatur,
reuinctisque post terga manibus hinc inde

ad ludibrium traducitur. Interea pilo paululū renascente, cum solemnī die Philistæi publice epularentur, iussus est Samson in triclinium adduci, vt ludibrio esset ciuitati. Id secum ille ægre ferens custodem corporis rogat, vt orbitatis suæ misertus, se fessum stando aliquando parieti acclinaret, vbi paululum quiesceret. Duæ erant omnino columnæ, quibus totum erat conclaue illud (siue vt quidam volunt) templum impositum, his ille prehensis subito impulsus ita omnia concussit, vt ex improviso lapsu tria hominum millia secum obruerit,isque Samsonis viri fortissimi exitus fuit, & fere plures morte sua interfecit quam in vita. In eius vita Christi imago adumbratur, qui etiam moriendo hostes subegit & oppressit. Annos viginti imperium inter Israelitas tenuit, sepultusque est à fratribus & cognatione inter Sara & Esthol, in sepulchro patris sui Manox, Herculi fere similis fuit. Vterque enim fere à leonis interitu suam est gloriam auspicatus vterque inuictus à pluribus exstitit, tam hic quàm ille multi æris opera perijt, vterque vltro mortem oppetiit, Samson orbitatis, Hercules doloris impatiens, & quod plus est, coztanei, vt Hieronymus affirmat, fuerunt. Eusebius aliquanto iuniorem Samsonem credidit.

-i.

-si.

elli

, ur

shai

ba

DE

DE SAMSONE,

EPIGRAMMA,

*Samson robustus vulgari nec pietate
 Praditus à teneris grandia facta dedis.
 Ipse leonem ausus potuit prosternere inermis
 Et maxilla asini cadere mille viros
 Sublimes Gaze portas discrimine vita
 Abstulit in montis clara trophæa iugum,
 Postremo cæco scorti vexatus amore
 Amisit facie lumen utrumq; sua.*

DE ACHIORE, XII. DVCE

pio.

AChior Dux quidem gentilis ignarusque
 veri Numinis, at tamen pietate in Deum,
 qua Numen cæli & terræ Deum laudibus in-
 signibus prædicauit, non inter pios Duces in-
 firmæ sortis referendus est. Fuit Dux Ammo-
 nitarum, neque pericula quibus ab Holofer-
 ne vrgebatur, neque mortis discrimen metu-
 ens, quæ pium decent ducem præstitit. Nam
 cum Holofernes Imperatoris Assyriorum
 Dux omnes ciuitates & populos impio pro-
 posito funditus euertere qui suum regem vel-
 ut Deum non reuerituri essent, decreuisset,
 hic solus Iudæorum populum futurum dixit

V 3 infu-

insuperabilem propter Numinis protectionem, cui repugnare difficile, enumerauitque multas historias, & miranda, quibus Israelitæ ab hoste incolumes, atque adeo de eius antiqua origine, perspecta sanctitate & inuisita virtute incorruptum dixit testimonium: propter quod præfeti & tribuni regii ita excanduerunt, vt censerent statim interficiendum.

Holofernes, vt cum iis quos laudauerat, cæderetur, vinctum ad vallum hostile adduci & ad arborem alligari iubet. Is à vigilibus Bethulienensium capitur, & exposita suæ miseræ causa, in oppidum cum plausu ducitur, & de Dei omnipotentia & bonitate edocetur.

Achior incredibili miraculo seruatus, & viso deinde Holofernis capite, noua per fœminam victoria percussus, ritu gentilitatis relicto, in DEVM verum, rerum conditorem credit, & inter ciues populi Dei recipitur.

DE ACHIORE,

EPIGRAMMA,

*Achior iniustum dissuadens bellum Holoferni,
Exemplum Ducis præbuit inde pii.*

Nen

*Non iras Ducum non vincla minantia mortem
 Horruit; intrepido quaq; subire pede
 Maluit, illa sam mentem vt seruaret. Et inde
 Retribnit multo faenore cuncta Deus.*

V. 4

DVO:

